



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXI. Venditio de campo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

do, si ego ipse, aut aliquis de heredi-
bus meis, seu quælibet persona, cõ-
tra hanc venditionem venire tenta-
uerit, aut eam infringere conatus
fuerit, inferat vobis, aut auctõribus
vestris, duplam pecuniæ, vel quan-
tum area ipsa eo tempore meliorata
valuerit, &c.

XXI. VENDITIO DE
campo.

DOmino fratri illi, ille. Constat
me tibi vendidisse, & ita ven-
didi campum iuris mei, situm in ter-
ritorio illo, habentem plus minus
tantum, qui subiungit à latere vno
lui, ab alio latere lui, à fronte vno lui
ab alio vero fronte illius, & accepi à
vobis in pretium iuxta quod mihi
complacuit auri solidos tantos, &
ipsum campũ vobis præsentialiter
tradidi possidendum, habendi vel
quicquid exinde volueris faciendi

K ij

148 MARCVLFI MONACHI .
liberam habeas potestatem. Si quis
vero, &c.

XXII. *VENDITIO DE SERVO
aut ancilla.*

DOmino fratri illi, ille. Constat
me vobis vendidisse, & ita
vendidi, seruum iuris mei, aut ancil-
lam nomine illam, non furem, non
fugitiuum, neque caduum, sed
mente & omni corpore sanum. Pro
quo accepi à vobis in pretio, iuxta
quod mihi complacuit auri soli-
dos, probos atque præsentis, nume-
ro tantos, & ipsum seruum vobis
præsentialiter tradidi possidendum.
Ita vt ab hac die habendi, tenendi,
vel quicquid exinde decreueris fa-
ciendi, libero potiaris arbitrio. Si
quis verò, quod futurum esse non
credimus, si ego ipse, aut aliquis de
heredibus meis, seu quælibet per-
sona, contra hanc venditionem ve-